



Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Quæstiones, Qvæ Dispvatæ Dicvntvr, & Quæstiones
Quodlibetales, siue Placitorum eiusdem S. Thomæ

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

Vtrum relationes dictæ de Deo ab æterno, quæ importa[n]tur his
nominibus, pater & filius, sint relationes reales vel rationis tantum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72780](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72780)

QVAESTIO VIII. De his quae relatiue dicuntur de Deo ab aeterno.

Et habet articulos quatuor.

¶ Primo enim quaeritur vtrum relationes dictae de Deo ab aeterno, quae importantur his nominibus pater & filius, sint relationes reales vel rationis tantu.

¶ Secundo. Vtrum relatio in Deo sit eius substantia.

¶ Tertio. Vtrum relationes constituant & distinguat personas, & hypostasies.

¶ Quarto. vtrum remota relatione, secundu intellectu remaneat hypostasis in diuinis.

¶ Vnde dicitur in libro de Trinitate. Et primo quaeritur vtrum relationes dictae de Deo ab aeterno, quae importantur his nominibus pater & filius, sint relationes reales, vel rationis tantu.

Et videtur quod non sint reales, quia vt dicit Damasc. in 1. lib. In super substantiali trinitate, commune quidem & vnum re consideratur, cognitione vero & intellectu est, quod diuersum vel distinctum est. sed distinctio personaru fit per relationes, ergo relationes in diuinis sunt rationis tantu.

¶ 2. Præ. Boetius dicit in lib. de Trin. Similis est relatio patris ad filium, in trinitate, & vtriusque ad Spiritu sanctu vt eius quod est idem, ad id quod idem est: sed relatio identitatis est rationis tantu, ergo & relatio paternitatis & filiationis.

¶ 3. Præ. In Deo ad creaturam non est relatio realis propter hoc quod Deus sine sui mutatione creaturas producat, vt Aug. dicit in 8. de Trin. sed multo magis sine mutatione producit pater filium, & filius procedit a patre, ergo non est aliqua realis relatio patris ad filium in diuinis, vel e contrario.

¶ 4. Præ. Ea quae non sunt perfecta, Deo non attribuitur, sicut priuatio, materia, & motus: sed relatio inter omnia entia habet debilius esse, in tantu quod eam quidam a sumauerant de secundis intellectibus, vt pater per Comen. 1. Met. ergo in Deo esse non potest.

¶ 5. Præ. Omnis relatio in creaturis compositione facit cum eo, cuius est relatio, non enim potest vna res alteri in esse sine compositione: sed in Deo nulla compositio esse potest, ergo in eo non potest esse realis relatio.

¶ 6. Præ. Simplicissima seipsis differunt: sed diuina persona sunt simplicissima, ergo seipsis differunt, & non per relationes aliquas, ergo non oportet relationes in Deo ponere, cum ad nihil aliud ponatur, nisi ad distinguendas personas.

¶ 7. Præ. Sicut relationes sunt proprietates personarum diuinarum, ita attributa absoluta sunt proprietates essentiae: sed attributa absoluta sunt in Deo secundum rationem, & non reales.

¶ 8. Præ. Perfectu est cui nihil deest, vt dicitur 3. Phy sic. sed substantia diuina est perfectissima, ergo nihil quod ad perfectionem pertineat, ei deest. Superfluu est ergo ponere relationes in Deo.

¶ 9. Præ. Cum Deus sit summu reru principiu & vltimu finis, ea quae oportet in alia priora reduci, in Deo esse non possunt, sed solu ea ad quae alia reducuntur, sicut esse mobile reducitur ad immobile, & per accidens ad per se. Et propter hoc Deus non mouetur, nec est in eo aliquid accidens. Sed oē quod dicitur ad aliud reducitur ad absolutum, quod ad se

est, ergo nihil est in Deo ad aliud: sed solum ad se tantum dictum.

¶ 10. Præ. Deum esse per se necesse est: sed omne quod est per se necesse esse, est absolutum: relatio enim non potest esse sine correlatiuo. Quod autem est per se necesse esse, etiam alio remoto esse potest, ergo in Deo non est aliqua relatio realis.

¶ 11. Præ. Omnis relatio realis, ut in praecedenti distinctione est habitum, consequitur aliquam quantitatem vel actionem vel passionem: sed quantitas in Deo non est, dicimus enim Deum sine quantitate magnitudine.

Aug. dicit in lib. de Trin. Numerus etiam in eo non est, vt dicit Boet. quae relatio consequi potest, & si ponatur numerus quae relatio facit, oportet ergo ut relatio realis in Deo, quae competat Deo fm aliquam eius actionem, non autem potest fm actione, quae creaturas producit, quia in quone praecedenti est habitum, quae in Deo non est realis relatio ad creaturam. Nec iterum secundum actionem personalem quae ponitur in diuinis, sicut est generare. Nam cum generare in diuinis non sit nisi suppositi distincti, distinctio nem autem sola relatio facit in diuinis, oportet ergo praerelligere relationem tantae actioni. Et sic relatio ralem actionem consequi non potest. Restat ergo si aliquam actionem consequatur relatio realis in Deo existens, quae consequatur actionem eius generantem vel essentialem, quae est intelligere & velle. Sed etiam hoc esse non potest: in huiusmodi enim actione consequitur relatio intelligētis ad intellectum, quae in Deo reales non sunt, alias oportet quod intelligens & intellectum realiter in diuinis distingueretur, quod ad patet esse falsum: quia vtrunquo de singulis personis predicatur. Non solum enim Pater est intelligens, sed & Filius & Spiritu sanctus: similiter & quilibet eorum est in intellectu. Nulla ergo relatio realis in Deo esse potest, vt videtur.

¶ 12. Præ. Ratio naturalis humana potest pertinere ad cognitionem diuini intellectus, probatur enim demonstratiue a Philosophis, quod Deus est intelligens. Si ergo actionem intellectus consequatur relationes reales, quae in diuinis personas distinguere dicuntur, videtur quod per rationem humanam in diuinis personarum inueniri possent, & sic non eēt articulus fidei. Nā fides est subarere sperandarū &c. Heb. 11.

¶ 13. Præ. Relatiua opposita contra alia opposita diuiduntur: in Deo autem alia genera opposita poni non possunt, ergo nec relatio.

¶ SED CONTRA. Boetius dicit in li. de Trin. quod sola relatio multiplicat trinitatem, haec autem multiplicatio non est fm rationem tantum: sed secundum rem, vt pater per August. qui dicit quod pater & filius & Spiritu sanctus sunt tres res, ergo oportet quod relatio in diuinis non solum rationis: sed etiam rei.

¶ 2. Præ. Nulla res constituitur, nisi per rem: sed relationes in diuinis sunt proprietates constituentes personas, persona autem est nomen rei, ergo oportet & relationes in diuinis, res esse.

¶ 3. Præ. Perfectior est generatio in diuinis, quam in creaturis: sed ad generationem in creaturis sequitur relatio realis, scilicet patris & filij, ergo multo fortius in diuinis sunt relationes reales.

¶ RESPON. Dicendum, quod sciam si dei catholice sequentes, oportet dicere in diuinis relationes reales esse. Ponit. n. fides catholica tres personas in Deo, scilicet essentiae. Numerus autem oīs aliquam distinctionem consequitur, vnde oportet quod in Deo sit aliqua distinctio: non solum respectu creaturarum quae a Deo per

Li. 1. Orth. dei ca. 11.

Circa finem li. de Trin.

Lib. 1. ca. 16. tom. 3.

Li. 1. ca. 19.

Lib. 1. ca. 13. & 64. to. 1.

per essentiam differunt, sed etiam respectu alicuius in divina essentia subsistentis, hæc autem distinctio non potest esse secundum aliquid absolutum: quia quicquid absolute in divinis predicatur, Dei essentiam significat. unde sequeretur quod personæ divinae per essentiam distinguerentur, quod est hæresis Arrij. Relinquitur ergo quod per sola relativa distinctio in divinis personis attenditur. Hæc aut distinctio non potest esse rationis tantum, quia ea quæ sunt sola ratione distincta, nihil prohibet de se invicem predicari: sicut dicimus principium esse finem, quia punctum unum secundum rem est principium & finis, licet ratione differat: & ita sequeretur quod pater esset filius, & filius pater: quia cum nomina imponantur ad significandum rationes nominum, sequeretur quod personæ in divinis non distinguerentur: nisi secundum nomina, quod est hæresis Sabelliana. Relinquitur ergo, quod oportet dicere relationes in Deo qualesdam res esse, quod qualiter sit sequedo sanctorum dicta, inuestigari oportet, licet ad plenum ad hoc ratio pervenire non possit. Sciendum est ergo, quod cum realis relatio intelligi non possit, nisi consequens quantitatem vel actionem seu passionem, oportet quod aliquo istorum modorum ponamus in Deo relationem esse. In Deo autem quantitas esse non potest, neque continua, neque discreta, nec aliquid cum quantitate similitudinem habens: nisi multitudine quam relatio facit, cui oportet relationem præintelligere, & unitas, quæ essentia cõpetit, ad quam relatio consequens non est realis, sed rationis tantum: sicut relatio quam importat hoc nomen idem, ut supra dictum est. Relinquitur ergo quod oportet in eo ponere relationem actionem consequentem. Actionem dico non quæ in aliquo patiens transeat, quia in Deo nihil potest esse patiens, cum non sit ibi materia: ad id autem quod est extra Deum, non est in Deo realis relatio, ut ostensum est. Relinquitur ergo quod consequatur relatio realis in Deo actionem manentem in agente: cuiusmodi actiones sunt intelligere, velle in Deo. Sentire enim cum organo corpore. Cõpletur, Deo non potest competere, qui est omnino incorporeus. Et propter hoc dicit Dionysius 11. cap. de Divin. nom. quod in Deo est paternitas perfecta, id est non corporaliter, nec materialiter, sed intelligibiliter. intelligens in intelligendo ad quatuor potest habere ordinem, scilicet a ad rem, quæ intelligitur, ad speciem intelligibilem qua fit intellectus in actu, ad suum intelligere, & ad conceptionem intellectus. Quæ quidem conceptio a tribus prædictis differt. A re quidem intellecta, quia res intellecta est interdum extra intellectum: conceptio autem intellectus non est nisi in intellectu. Et iterum conceptio intellectus ordinatur ad rem intellectam, sicut ad finem: propter hoc enim intellectus conceptionem rei in se format, ut rem intellectam cognoscat. Differt autem a specie intelligibili: nam species intelligibilis qua fit intellectus in actu, consideratur ut principium actionis intellectus: cum omne agens agat secundum quod est in actu. Actu autem fit per aliquam formam, quam oportet esse actionis principium. Differt autem ab actione intellectus, quia prædicta conceptio consideratur ut terminus actionis, & quasi quoddam per ipsam constitutum. Intellectus enim sua actione format rei definitionem, vel etiam propositionem affirmativam seu negativam. Hæc autem conceptio intellectus in nobis proprie verbu

A dicitur: hoc enim est, quod verbo exteriori significatur: vox enim exterior neque significat ipsum intellectum, neque speciem intelligibilem, neque actum intellectus: sed intellectus conceptionem, qua mediante refertur ad rem. huiusmodi ergo conceptio siue verbum, qua intellectus noster intelligit rem aliã a se, ab alio exoritur, & aliud representat. Oritur quidem ab intellectu per suum actum, est vero similitudo rei intellectæ. Cum vero intellectus seipsum intelligit, verbum prædictum siue conceptio, eiusdem est propago & similitudo. Intellectus seipsum intelligens. Et hoc ideo contingit, quia effectus similatur causæ secundum suam formam: forma autem intellectus, est res intellecta. Et ideo verbum quod oritur ab intellectu est similitudo rei intellectæ, siue sit idem quod intellectus, siue aliud. huiusmodi autem verbum nostri intellectus, est quidem extrinsecum ab esse ipsius intellectus, non enim est de essentia, sed est quasi passio ipsius: non tamen est extrinsecum ab ipso intelligere intellectus, cum ipsum intelligere compleri non possit sine verbo prædicto. Si ergo aliquis intellectus sit, cuius intelligere sit suum esse, oportebit quod illud verbum non sit extrinsecum ab esse ipsius intellectus, sicut nec ab intelligere, huiusmodi autem est intellectus divinus in Deo enim idem est esse, & intelligere. Oportet ergo quod eius verbum non sit extra essentiam eius, sed ei coessentialiale. Sic ergo in Deo potest inveniri origo alicuius ex aliquo, s. verbi, & proferentis verbu, unitate essentia servata. Vbi cumque enim est origo alicuius ab aliquo, ibi oportet ponere reale relationem vel tantum ex parte eius quod oritur, quoniam non accipit eandem naturam quæ habet suu principium, sicut pater in exortu creaturæ a Deo: vel ex parte utriusque, quædo. s. oriens attingit ad naturam sui principij, sicut pater in hominũ generatione, vbi relatio realis est & in patre & in filio: verbum autem in divinis est coessentialiale suo principio, ut ostensum est. Relinquitur ergo quod in divinis sit realis relatio, & ex parte verbi, & ex parte proferentis verbum.

B AD PRIMUM ergo dicendum, quod in divinis personis re quidem essentiali est unitas, distinctio vero ratione id est relatione, quæ non differt ab essentia re, sed sola ratione, ut infra patebit.

C AD SECUNDUM dicendum, quod relatio quæ est in divinis personis, habet quidem similitudinem cum relatione identitatis, si unitas essentia consideretur: sed si consideretur origo unius ab alio in eadem natura, ex hoc relationes prædictas oportet esse reales.

D AD TERTIUM dicendum, quod sicut Deus non mutat in productione suæ creaturæ: ita non mutat in productione sui verbi, sed tñ creatura non attingit ad essentiam & naturam divinam. unde essentia divina non communicatur creaturæ. Et propter hoc relatio Dei ad creaturam non fit propter aliquid quod sit in Deo: sed solum fm id, quod fit ex parte creaturæ. Sed verbum pducitur ut coessentialiale ipsi Deo: & ideo fm id quod in Deo est, refertur Deus ad suum verbum, non solum secundum id quod ex parte verbi est. Tunc enim est relatio realis ex parte unius & non ex parte alterius, quædo relatio consequitur per id quod est ex uno, & non per id quod ex alio, sicut pater in scibili & scientia: huiusmodi enim relationes causantur per actum scientis non per aliquid scibile.

E AD QUARTUM dicendum, quod relatio habet esse debilissimum, quod est eius tantum: sic autem non est in Deo. Non enim habet aliud esse, quàm esse substantia,

um ad se
ed omne
relati
ad autem
e potest

cedenti
nitram
Deo
ngum
in eo
& si p
ergo si
aliquam
qua erg
si habui
am. Ne
que pon
genera
ultim
portet
sic rel
Restat
o realit
eius ere
velle. Sed
um actio
lectum,
et quæ
linguæ
de lingu
Pater est
similit
ergo re

peruen
patum
est inte
lequãt
disting
nam in
articul
ius. Heb
oppo
bolitio

D. 765.
q. sola re
multipl
dum rem
s & ip
ario su

sed ne
firme
ergo opo

is, quam
uris leq
go multo

olice le
mes reale
Deo
hinc
qua disti
ae a Deo
per

In isto arti.
patet ante.

Art. sequet.

stantia, vt infra patebit. vnde ratio non sequitur.

Art. sequet. AD QVINTVM dicēdū, q̄ rō illa procedit de relatione reali, q̄ habet aliud esse ab esse substantiæ cui inest. Sic autē non est in proposito, vt infra patebit.

Art. sequet. AD SEXTVM dicendum, quod cum personæ diuinæ relationibus distinguantur, non alio differunt quàm seipsis: quia relationes sunt ipsę personæ subsistentes, vt infra patebit.

Art. 4. huius quest. D. 15. AD SEPTIMVM dicēdū, q̄ attributa essentialia q̄ sunt proprietates essentię, sunt in Deo a realiter, & nō s̄m rōnē. Bonitas. n. Dei est res q̄dā, & similiter eius sapientia, & ita de alijs, licet ab essentia nō differant nisi rōne: sic ē est de relationibus vt infra patebit.

Art. sequet. AD OCTAVVM dicēdū, quod substantia Dei esset imperfecta si aliquid ei inesser, quod non esset ipsa. Relatio autem in Deo est substantia eius, vt infra patebit. vnde ratio non sequitur.

Art. 5. huius quest. AD NONVM dicendum, quod mobile & accidēs reducuntur ad aliquid prius, sicut imperfectum ad perfectum. Nam accidens imperfectum est, & similiter motus est imperfecti actus. Sed hoc quod dicitur ad aliud, quandoque sequitur perfectionem rei, sicut patet in intellectu: nam consequitur eius operationem quæ est eius perfectio, & ideo perfectio diuina non prohibet relationem in Deo ponere, sicut prohibet ibi ponere motum & accidens.

Ad x. dicendum, q̄ id quod necesse est per se esse, nō refertur ad aliquid quod sit extraneum ab ipso: nihil tamen prohibet quin referatur ad aliquid intra ipsum. Vnde cum nō dicatur esse necesse per aliud, dicitur esse necesse per seipsum.

Ad xi. dicendum, quod relatio realis in Deo cōsequitur actionem intellectus, nō quidem ita quod relatio realis intelligatur intelligentis ad intellectū, sed ad verbum: quia intellectum non oritur ab intelligente, sed verbum.

Ad xii. dicēdū, q̄ licet rō naturalis possit peruenire ad ostendendum, q̄ Deus sit intellectus, modū t̄n̄ intelligēdi nō p̄t̄ inuenire sufficienter. Sicut. n. de Deo scire possumus q̄ est, sed nō quid est: ita de Deo scire possumus, q̄ intelligit: sed non quomodo intelligit. habere autem cōceptionem verbi in intelligēdo, pertinet ad modum intelligēdi: vnde ratio hæc sufficienter probare non p̄t̄: sed ex eo quod est in nobis aliquid p̄ simile coniecturare.

Ad xiii. dicēdū, quod in alijs oppositionibus semper alterum est vt imperfectum, vel nō ens, vel vt habens aliquid de non ente: negatio enim est non ens, & privatio est quædam negatio, & duorum contrariorum alterum semper habet aliquid privationis. vnde alia oppositiones in Deo esse nō possunt, sicut oppositio relationis, quæ ex neutra parte importat imperfectionem.

ARTICVLVS II.

Vtrum relatio in Deo sit eius substantia.

SECVNDQ̄ queritur, vtrum relatio in Deo sit eius substantia. Et videtur quod non. nulla enim substantia est relatio, hæc est quædam propositio immediata: sicut & hæc, nulla substantia est quantitas. ergo nec diuina substantia est relatio. Sed dicendum, quod diuina substantia est relatio secundum rem: non tamen secundum rationem.

¶ Sed contra. Rō cui nihil respondet in re, est cassa & vana: sed nihil vane in Deo debet poni. ergo nō p̄t̄ esse quod relatio differat ab essentia, rōne existēte.

¶ 3 Præt. Personæ diuinæ distinguuntur relationibus: sola. n. relatio multiplicat trinitatem, vt dicit Boet.

F in lib. de Trin. si ergo personæ diuinæ secundū substantiam non distinguuntur, relatio autē nihil addit supra substantiam s̄m rem, sed solum secundum rationem, sequetur q̄ personæ diuinæ distinguantur solum s̄m rationem, quod est hæresis Sabellianæ.

¶ 4 Præt. Personæ diuinæ non distinguuntur s̄m aliquid absolutum, quia sequeretur q̄ distinguerentur s̄m essentiam ex hoc quod ea quæ de Deo dicuntur absolute, significant eius essentiam, ut bonitas, sapientia, & huiusmodi. Si ergo relationes sunt idem quod diuina substantia, oportebit quod vel personæ non distinguantur secundum relationes, vel q̄ distinctio personarum sit secundum essentiam.

¶ 5 Præt. Si relatio est ipsa substantia Dei, sequetur q̄ sicut Deus & sua magnitudo pertinet ad patetentū substantiæ in diuinis, ex hoc q̄ Deus est sua magnitudo, ita pari ratione paternitas pertinet ad patetentum substantiæ. Et sic q̄ quod de Deo dicitur, dicitur s̄m substantiam, quod est contra Aug. in 5. li. de Tri. qui dicit q̄ non omne quod de Deo dicitur, dicitur secundum suam substantiam.

¶ 6 Præt. Quicquid prædicatur de prædicato p̄dicit de subiecto: sed si relatio est ipsa essentia diuina, hæc prædicatio erit vera. Essentia diuina est paternitas, & pari ratione ista. Filiatio est diuina essentia, ergo sequetur quod filiatio est paternitas.

¶ 7 Præt. Quæcumq̄ sunt idem, ita se habent, quod quicquid prædicatur de vno, prædicetur de alio q̄ s̄m Philo. 1. Top. quantacumq̄; differētia assignauerimus, ostendentes erimus q̄ non idem. sed de essentia diuina prædicatur, q̄ sit sapiens, q̄ creet mundum, & huiusmodi, quæ nō videntur prædicari posse de paternitate, vel filiatione. ergo relatio in diuinis non est essentia diuina.

¶ 8 Præt. Id q̄ facit distinctionē in diuinis personis, non est idem cū eo quod nō distinguit. nec distinguitur: sed relatio in diuinis distinguit, essentia autē non distinguit, neq̄; distinguit. ergo non sunt idem.

¶ 9 Præt. Idem per suam essentiam non potest esse principium contrariorum, nisi per accidens. sed de distinctione cuius est principium relatio in diuinis, opponitur unitati, cuius est principium essentia. ergo relatio & essentia non sunt idem.

¶ 10 Præt. Eorum quæ sunt idem, in quocumque est unum, & aliud. Si ergo essentia diuina & paternitas est idem, in quocumq̄; est essentia diuina, erit & paternitas: sed essentia diuina est in filio. ergo & paternitas, quod patet esse falsum.

¶ 12 Præt. Relatio & essentia differunt, salte rōne in diuinis: sed ubi est diuersa ratio siue definitio, effectus verum esse: quia definitio est oratio indicans quod est esse. ergo aliud erit esse relationis in diuinis, & aliud substantiæ. ergo relatio & substantia differunt secundum esse, & ita realiter.

¶ 12 Præt. Ad aliquid dicuntur quorū esse est aliud se habere, ut dicit in prædicamentis: esse ergo relationis est in respectu ad aliud, non autem esse substantiæ. ergo relatio & substantia non sunt idem secundum esse, & sic idem quod prius.

¶ 13 Præt. Aug. dicit 5. de Trin. quod aliquid dicitur in Deo non substantiue, sed relatiue: quod autem substantiam diuinam significat, dicitur substantiater. ergo relatio in diuinis non significat substantiam diuinam, & sic idem quod prius.

¶ 14 Præt. Aug. dicit q̄ Deus non eo Deus est, quia pater est: sed essentia diuina est Deus; paternitas autē